DECRETUM

Feria III. Die 4. Martii MDCCCXVIII.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, ac Reverendissimorum S. Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONE PAPA DUODECIMO, *sanctaque Sede Apostolica Indici Librorum pravae Doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in Universa Christiana Republica Praepositorum, et Delegatorum habita in Palatio Apostolico Vaticano, damnavit, et damnat, proscripsit, proscribitque, vel alias damnata, atque proscripta in Indicem Librorum prohibitorum referri mandavit, et mandat Opera, quae sequuntur:*

Rome, Naples et Florence par M. de Stendhal. *Decr.* 4. *Martii* 1828.

Teoria delle Prove Giudiziarie di Geremia Bentham. *Decr. eod.*

Storia della Filosofia Moderna del Sig. G. Amadeo Buhle *Decr.* 27. *Novembris* 1820, *et* 4. *Martii* 1828.

Elementi di Filosofia ad uso de' Giovanetti esposti da Melchiorre Gioja *Decr.* 4. *Martii* 1828.

Le Opere scelte di Giuliano Imperatore per la prima volta dal Greco volgarizzate da Spiridione Petrettini con note, e con alcuni discorsi illustrativi *Decr. eod.*

Erbaungsreden fur Akademiker von Bernard Bolzano Weltpriester ec. = *latine vero* = Exhortationes (Sermones hortatorii) pro Academicis, auctore Bernardo Bolzano presbytero saeculari etc. *Decr. eod.*

Commentari di Stefano Bonsignore, Versi, ed Iscrizioni in onore di Lui *Decr. eod.*

Norme per l'istruzione della Religione Cattolica ad uso delle classi inferiori di Grammatica ec. *Decr.* 11. *Junii* 1827.

Guida alla istruzione della Religione per la seconda classe dello studio delle belle Lettere *Decr. eod.*

Concordat de l'Amerique avec Rome par M. de-Pradt ec. *Decr. eod.*

MONITUM

Sacra Congregatio in mentem revocat omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Ordinariis, et Inquisitoribus locorum id quod praescribitur in Regula, inter jussu S. Conc. Trid. editas, N. II. his verbis = *Haereticorum Libri qui de Religione ex professo tractant omnino damnantur* = Et ea quae mandavit S. M. Clemens VIII. in Instructione de prohibendis Libris sequentibus verbis = §. VI. = *In universum autem de malis, et perniciosis Libris id declaratur, atque statuitur, ut qui certa aliqua lingua initio editi, et deinde prohibiti, ac damnati a Sede Apostolica sunt; iidem quoque, in quamcumque postea vertantur linguam, censeantur ab eadem Sede, ubique gentium; sub eisdem poenis interdicti, et damnati* =

Itaque nemo cujuscumque gradus, et conditionis praedicta Opera damnata, atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere, vel retinere audeat sed Locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisitoribus ea tradere te-

neatur, sub poenis in indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONI PAPAE DUODECIMO, per me infrascriptum Secretarium relatis, SANCTITAS SUA Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae die 17. Junii 1828.

F. X. Card. Castillioneus Praef.

Fr. Alexander Angelicus Bardani Ord. Præd.
Sac. Congre. Secretarius.

Loco † Sigilli

Die 17. Martii 1828. supradictum Decretum affixum, et publicatum fuit ad S. Mariae super Minervam, Basilicae Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, Curiae Innocentianae valvas, et in aliis locis solitis Urbis per me Aloysium Pitorri Apost. Curs.

Joseph Cherubini Mag. Curs.

Romae ex Typographia Rev. Camerae Apostolicae 1828.